

conuerti uoluerunt ab omni  
recte sua. Habent cer  
uicem & sciunt melictio  
te praesentant. ut nihil  
suis meritis tribuat  
uae depurantes. de hoc in  
timeliter uita estantia  
nullis quod de talibus aut  
unt sui de uirtute inuit  
ostendit in fine orationis  
nummo dicit in se a scripto  
alio necessarium si quis  
eq. quicquid quod nomini  
tunt. Illi autem neglige  
unt alius in uilla sua.  
omne sua; Amiserunt

tantum assistentia omne huius pre  
sentis presentem uita: quod est mundi  
delectatione spiritus animalis. parat apud  
Vnde dicitur. Ne illi ne celerem. & abier  
aluis in uilla sua alius ad negotiatio  
ne sua; In uilla te est. In terrene  
immoderate inuicere. In negotia  
tione uero te est ad honori uero ietu  
latum licet in uita; Quia enim  
aluis intentus labor terrene. alius  
uero mundi huius ad honore delectus  
mysterium incarnationis dominicae  
pensare: & scilicet illi uiuere dissimu  
lat quasi actuali uel negotium p  
gens. uenire ad regis in praesentia seculi  
I. In plerumque quod est quod in similli  
uocantur quod in uenit. primum



Continetur hoc Volumine  
JURCANI LIDDELI SCOTI  
Disputationes,

Theses Logicae

Propositiones Astronomicae de diebus et Annorum differentijs

De facultate Vegetante.

De Philosophia ejusq. Instrumentis.

In IV. Meteororum de Misi generatōe . . . Diss. I.

In IV. Meteororum de Concoctione . . . Diss. II.

Diss. Pathologicarum, I. de Morbis.

II de Caus Morbor in græ.

V.

VI.

IIIX.

Diss. posterior de Praesagijs

de Peste diss. prior.

De Natura et Facultatib. medicamentorum.

De Compositione et Preparatōe medicamentor.

De Arthritide.

De ratione Purgandi.

De Phlebotomia, Hirudinib., Scarificatione

De Febribus Natura . . . . . diss. I.

De Febribus . . . . . II.

De Febribus . . . . . III.



Disputationum  
PATHOLOGICARVM  
SECUNDA.

DE CAUSIS MOR-  
BORVM IN GENERE.

Ad quam, Præside  
CLARISSIMO DOCTISSIMOQ.  
VIRO, DOMINO DVNCANO LIDDELIO,  
Phil. & Med. D. ac in almâ Iuliâ Pro-  
fessore publico:

*Respondebat*

*Prid. Eid. IXbris hora 6.*

GVLIELMVS GROSS  
Vratislauiensis Siles.



HELMÆSTADII,  
*Typis heredum Iacobi Lucij, An. 1597.*





MAGNIFICIS ET  
AMPLISSIMIS VIRIS,  
NOBILITATE, PRVDENTIA, E-  
RVDITIONE, AC OMNIVM VIRTV-  
tum splendore clarissimis, Domino Præ-  
fecto, cæterisq; inclutæ Reipub.  
Vratislaviensis sena-  
toribus

*Dominis ac Patronis suis omni  
studio colendis,*

themata hæc reuerenter  
C. & I.

*Respondens.*





# DE MORBORVM CAVSIS IN GENERE.

## THEMA I.



*U* *M* nihil sine causa fiat, & te-  
ste Philosopho; tum demum cuiusq; rei effe-  
ctusq; essentiam perspectam, cognitamq; ha-  
bemus, ubi causas eius proprias perfecte co-  
gnouerimus, Medico imprimis causarum il-  
larum cognitio necessaria erit, quibus sa-

*Quid nos in cognitio-  
nem rerum deducas.*

*Qua causa Medico  
imprimis scitu neces-  
saria sint, & cur.*

nitas humani corporis conseruatur & immutatur. Nam sine  
ea, (vt admonet Galenus 1. & 2. methodi) impossibile Medico  
erit, morbos dextrè curare, aut precauere; ac sanitatem cer-  
ta methodo conseruare. Requirit enim Medicina, vt effectus  
in suas causas proximas & adequatas resoluamus; & demon-  
stratione cognoscamus, quemadmodum alibi demonstratum  
est. Quare de causis illis in genere, nunc potissimum agemus.

*Quid requirat Medi-  
cina.*

2. Causa omnis in relatione ad effectum est, omneq; illud  
causa vocatur, quod ad effectum producendum concurrat: siue  
ei quod fit, partem generationis confert. Confert autem du-  
pliciter, vel per se, suaq; propria insita vi, quatenus effectum  
sibi similem gignit, vel per accidens, alterius interuentu,  
quatenus videlicet actione sua dissimilem vel contrarium sibi  
effectum producit, vt, si vomitus vomitu curetur, aut si tetan-  
us in iuvene robusto, estate media, tollatur subita affusione  
aque frigida: Per se autem causa Galeno est, quæ ex sua na-  
tura, ei quod fit, partem generationis confert. Per accidens  
causa contra, quæ non sua vi, sed alterius interuentu.

*Quid sit causa,  
Causa duplex.*

*Quid sit causa per se.  
Quid causa per acci-  
dens.*

3. Deinde in effectus cuiusq; productione quatuor cause  
per se necessario concurrunt: ac vt Aristoteles demonstrat,

*Concursus quatuor  
causarum ad quemli-  
bet effectum produ-  
cendum,*





Quatuor sunt genera causarum, ad quae etiam  
causa, per se & per accidens. Quatuor tantum sunt per se causarum genera, ad quae etiam  
causa per accidens reducuntur: quarum duae Internae dicun-

Materia & Forma tur, quia intrans constitutionem effectus, materia, subiectum  
cur causa interna di- scilicet mutationis in quo & ex quo fit aliquid: deinde forma,  
cantur.

Efficiens & finis cur qua mutatione aliqua introducit in materia: Duae Exter-  
dicantur causa exter- nae, Efficiens, principium mutationis in alio, quatenus aliud,  
na.

Finis est duplex.

1.  
Internus finis.

1 1.  
Externus finis.

Quis sit scopus artis  
medicae.

Quae forma.  
Quis finis.

Quodnam subiectum.

Quae causa efficiens.

Morbi & sanitatis est  
idem subiectum.

Morbus non habet &  
sum & finem natura-  
lem, sed habet termi-  
num, & quisnam ille  
sit.

Morbi generatio.

Morbi curatio.

4. Haec causa Medico cognoscenda sunt: Nam scopus artis  
medicae autore Galeno, est ipsa sanitas, forma motu acquisita:  
finis & utilitas, est sanitatis possessio; scilicet, ut munitis ad  
vitam necessariis fungi valeamus; & ut molestiis careamus,  
meliusque viuamus. Subiectum, est corpus humanum, partesque  
uiuentes. Causa efficiens, omne illud quod sanitatem in cor-  
pore conseruat & morbum depellit.

5. Quare morbus sanitati contrarius idem subiectum ha-  
bebit, siue materiam in qua, non ex qua, cum accidens sit.  
Nam humor, materia morbi non est, sed proprie efficiens. De-  
inde usum & finem naturalem morbus proprie non habet, sed  
terminum, vsui sanitatis contrarium, nimirum, functionis  
laesionem; & si augeatur, mortem. Gignitur autem morbus,  
quando pars à naturali termino & statu, ad non naturalem  
mouetur: Restituitur sanitas, & curatio perficitur, quando à  
non naturali ad naturalem reducitur. Quia verò contrario-  
rum contrariae efficientes cause sunt, cause morborum, con-  
trariae erunt causis sanitatis, ac vice versa: atque ita ex se mu-  
tuo intelliguntur.

6. De his solis efficientibus morborum causis, nunc preci-  
pue



puè dicemus: nam Medici cum Platone, pro eodem vocabulo  
causæ & efficientis plerumq; utuntur, adeò, ut ubicunq; Galenus  
causæ mentionem simpliciter facit, effectricem solam intelligat.  
Per hanc, non solum morbus ex potentia materiae educitur,  
sive in subiecto gignitur, sed etiam, si immediata sit, morbum  
illum de suo subiecto primùm demonstrat, ac eodem planè modo à  
morbis symptomata oriuntur, & per morbos ut causas efficientes  
cognoscuntur.

Quomodo à Medicis  
vox causa sumitur.

Vnde oriuntur morbi,  
& Vnde dignoscantur.

7. Quare ea perfectà morbi alicuius definitio erit, quæ per  
causam propriam, affectum ad certum subiectum restringit,  
& quæ immediatè sequuntur, accidentia propria explicat. Ve-  
luti, Apoplexia; si pro morbo sumatur, perfectè definitur, ob-  
structio ventriculorum cerebri; & carotidum, animales fun-  
ctiones repente tollens, ab humore crasso, affatim irruente, &  
occludente. Sin ut symptoma consideretur, definitur, priuatio  
repentina functionis animalis, ab obstructione ventriculo-  
rum cerebri, ab humore crasso affatim irruente: ita, vel v-  
na definitione natura morbi, & proprii symptomatis cognosci-  
tur, & simul per propriam causam, affectus ad certum subie-  
ctum restringitur.

Quanam sit perfectà  
definitio morbi.

8. Efficiens autem causa, quatenus effectus adhuc produ-  
citur, i. de locis affectis; definitur id, quo nos tangente, passio  
generatur, & quo discedente, quiescit. Ex passione verò ori-  
tur affectus, ut alibi dictum est; ac proinde mediante passione  
aut mutatione aliqua subiecti, affectus omnis à causa effici-  
ente producitur.

Definitio efficientis  
causa.

9. Verum effectrix causa per se, simpliciter, nec passionem,  
nec affectum ullum producit, ut Galen. 2. de causis morb. de-  
clarat, nisi hæc tria concurrant; 1. Vis efficientis satis valida  
& magna. 2. Spacium temporis passioni debitum. 3. Aptitu-  
do materiae, quibus addi poterunt, situs conueniens efficientis  
& materia, ut scilicet materiam ritè contingat, sive ex con-  
tactu agat.

Tria sunt requisita  
causæ effectricis, ad  
producendam passio-  
nem & affectum.



*Primum requisitum.* 10. Sub efficientis vi satis magna comprehendimus. I. genus & gradum qualitatis; à qua actio: alia enim qualitas magis, alia minus efficax in suo genere est, & qualibet qualitas, quatuor gradus habet: Deinde comprehendimus iustam magnitudinem cause efficientis; & debitum numerum: ac tandem, motum effectui congruentem.

*Secundum requisitum.* 11. Quia verò partes temporis, partibus motus semper correspondere debent, in omni mutatione legitimum tempus, necessario requiritur: Verum nulla sit mutatio, sine aptitudine

*Tertium requisitum.* materia, apta autem est materia, quæ efficienti cause facile cedit, minimumq; resistit: quæ verò difficile cedunt, plurimumq; resistunt; δυσπρόδοτος; Indisposita dicitur.

*Diuisio causa efficiens.* 12. Omnis autem efficiens causa morborum vel Euidens & manifesta est: vel Occulta & latens. Euidentes cause,

*Euidens siue Procatartica causa.* omnibus sensu notæ sunt, ad quarum cognitionem nulla coniectura opus est: Hæ à Galeno procatarticae, id est, præinci-

*Causa Occulta.* dentes, item, recentes cause, dicuntur; A veteribus, occasiones morborum, à plerisque, internæ cause; licet omnes extrinsecus tantum non adueniant, nam nonnullæ intrinsecus proueniunt, siue à nobis excitantur, ut affectus animi, & exercitia. Sed externæ dicuntur, quia omnibus extrinsecus patent, & inter ea non numerantur quæ corpus nostrum constituunt. Occultæ verò cause sunt, quæ interiorius latent, & non sensibus, sed artificiosa coniectura cognoscuntur, unde internæ cause communiter dicuntur.

*Eidentium causarum diuisio in Necessarias & non necessarias.* 13. Euidentes autem cause duplices sunt, aliæ, quæ necessario nobis occurrunt, & sine quibus viuere non licet: Aliæ contra, quæ nulla necessitate obueniunt, & quas declinare possumus. Hæ omnes cause, sua natura noxiæ non sunt, & secundum propriam rationem actiones nec ledunt nec iuuant, præcipue verò illæ quæ necessario nobis occurrunt, unde à rebus secundum naturam, & contra naturam, distinguuntur, & à Medicis



Medicis peculiari nomine, Res non naturales, dicuntur, quia eorum moderato usu sanitas conseruatur: immoderato usu, morbi gignuntur: quare Cause salubres, nunc insalubres, vocantur, in quibus moderandis pars artis medica, de tuenda sanitate, consistit.

Res non naturales,  
Vnde sic dicuntur.

Causa salubres  
Causa insalubres.

14. Eiusmodi res non naturales sunt tantum sex; nimirum, 1. Aër, 2. Cibus, potus, 3. retenta excreta, 4. Somnus, vigilia, 5. motus, quies, 6. animi pathemata. Cetera cause procatartica ad vitam necessaria non sunt, sed fortuito nobis obueniunt, ut casus lapidis, ictus gladij & similia infinita, quae arte medica prouideri semper nequeunt.

Res non naturales  
sex sunt.

15. Ex illis autem sex rebus non naturalibus; ut à moderate recedunt, duae materiam & pabulum gignendis morbis praebent, nimirum, alimenta supra modum aucta, & excrementa immodicè retenta. Cetera magis sua qualitate subiectas corporis partes & contenta alterant, veluti aër ambiens sua intemperie aut repentina mutatione, aut quatenus vapores noxios à terra aut aquis suscipit.

Ex sex rebus non naturalibus duae praebent materiam morborum generationi, & quam illa sint.

Quid reliqua praeter duas iam dictas sex rerum non naturalium praestent.

16. Verum sub aëre, dispositiones temporum anni, & locorum, comprehendimus: similiter immoderati motus & affectus, & immodica vigilia ac euacuationes, corpus & humores noxios commouent, substantiam partium exsiccant, vires exhauriunt & dissipant, At nimia quies & somnus corpus ignauium & torpidum reddunt, calorem natiuum obtundunt, vires hebetant, omnisq; generis excrementa accumulunt. Quomodo verò moderandae sint haec sex cause non naturales, suo loco dicemus.

Quid sub quoquoque sex rerum naturalium complectatur.

17. Sub procatarteticis causis comprehendimus, Contagium, Venena, & similia. Est autem Contagium, quod ab uno in alium transfertur, vel immediatè, per mutuuum contactum, ut in scabiosis, vel mediatè, per quaedam uisumata siue seminaria; sub halitus & vaporis specie aëri communicata, aut corpori

Quid sub causis procatarteticis contineatur.  
Quid contagium sit.



pori quod fomitis rationem habere potest; ita pestis grassatur, & phisici aliorum pulmones, lippi aliorum oculos halitu inficere solent.

Quid sint Venena.

18. Venena verò sunt corpora cordi inimica, & humanae naturae corruptiva: Inimica dico; quia temperamentum cordis & calorem nativum principaliter dissolunt, licet alias partes etiam ledant, talia, vel à venenatis bestiis eiaculantur, vel assumuntur, aliquando etiam adhibentur & ledunt, nunc qualitate prima, nunc secunda, aliquando proprietate substantiae.

Omnes causa procatartica ad quatuor capita à Galeno reducuntur.

I.

II.

III.

IV.

Occulta causa diviso in Congenitam & Ascititiam.

Congenita causa.  
Causa Ascititia.

Origo morborum hereditariorum.

19. Omnes haec causa procatartica tam necessaria, quam non necessaria, ad quatuor illa capita quae I. de Tuen. sanita. à Galeno enumerantur, reduci poterunt, scilicet, ad assumenda, euacuanda; adhibenda, & agenda. Ad assumenda pertinet cibus & potus, item medicamenta, venena, & similia. Ad euacuanda, ea quae non naturaliter excernuntur, & praeter naturam retinentur; Ad adhibenda, aer, & quaecumque extrinsecus corpus alterant, contudunt, secant, diuellunt, &c. Ad agenda, exercitia, motus, vigiliae, quibus opponuntur quies, praeterea animi affectus.

20. Deinde Occulta vel Interna causa originis suae respectu, vel Congenita & nativa est, vel Ascititia: Congenita, in utero ab ipso ortu contrahitur: Ascititia verò; post ortum. Contrahitur autem in ortu, vel ex ipsis generationis principiis, & vitio uteri, vel externo aliquo errore, in formatione partium.

21. Ac primum, naturali actione caloris nativi in humidum, corporis constitutio, sensim, decursu aetatis, ad mortem usque immutatur: praeter naturam, à pravo partium gignentium dispositione vitia quadam semini & materno sanguini communicantur, quae ipsi fetus partibus innascuntur, unde morbi hereditarii, ut phisic, calculus, lepra, & similia: atque haec



he cause occultae, ipsi substantiae partium insunt ut semina-  
rium morborum; vel aptitudo aegrorandi, propter quam à leui  
quacung, causa immutantur: aliquando foetus in utero ipsum  
morbum contrahit.

22. Verum cause omnes internae, prout ad morbum produ-  
cendum concurrunt, diuiduntur in προηγμενας id est an-  
tecedentes, & συνεχουσ, id est, Continentes. Ante-  
cedens proprie causa est, quae effectum antecedit & per se  
proprie tantisper durat, actug, mouet, donec effectus consti-  
tuatur, siue continens morbi causa in actum deducatur: Con-  
stituto enim effectu desinit motus; & proprie causa antece-  
dens actu adesse non dicitur.

Causarum internarū  
diuisio in Antecedentem & Continentem.  
Quid sit causa Antecedens.

23. Nihilominus, continens sub antecedente interdum  
contineri dicitur, ut plenitudo, & antecedens & continens  
causa à Galeno contra Iulianum vocatur, verum illa tantum  
antecedens; sit continens, quae cum morbo permanet, & imme-  
diata morbi causa est. Nam Continens causa, est proprie im-  
mediata & adequata ipsius morbi causa, quae autore Galeno,  
in ipsa effectus generatione essentiam habet, siue, cum effectu  
esse incipit, effectumq, perpetuò fouet, ut pars essentialis mor-  
bi, ac qua posita, ponitur, sublata, tollitur effectus.

Quid sit causa Conti-  
nens.

24. Quare continens est per se causa, quatenus morbi actu  
sunt, à quorum essentia separari nequit; similiter, morbi sunt  
continentes cause suorum priorum symptomatum, veluti  
humor crassus, infarctus ventriculis cerebri, continens causa  
est apoplexiae, siue obstructionis ventriculorum; & tam diu  
durat, quam ipsa obstructio. Similiter, obstructio illa, est con-  
tinens causa repentinae priuationis functionis animalis.

Causa morborum a-  
ctu existentium.

25. At antecedens & procatartica, tantum sunt cause  
rerum in potentia, vel adhuc motu nascentium, siue morbo-  
rum in fieri: quare sublato motu & passione subiecti, perma-  
ner plerumq, morbus, sed proprie nec antecedens, nec procatar-  
tica

Causa morborum qua  
potentia existunt.



etica causa. Ita ignis calida intemperiei causa esse potest; quatenus alteratione sua intemperiem gignit, non quidem intemperiem actu fouet; & crassus humor, causa antecedens obstructionis dicitur, quatenus obstructionem gignere potest, & motu suo meatum occludit, aut obstructionem adhuc gignit, & non quia ingenita permanet, & actu obstructionem continet, ita enim continens causa est. Nam proprie antecedens causa continentem in actum deducit, & antecedentem procatartica.

Non omnes causa necessaria sunt ad cuiuslibet morbi productionem.

26. Quare in uniuersum tria erunt causarum genera: verum, ad cuiusq; morbi productionem omnes necessaria non sunt, siquidem procatartica causa aut extrinsecus corpori, aut contentis vim infert, ideò morbos excitat nunc per se sola, nunc per antecedentes causas, Deinde, causa antecedens cum se actu mouet, (potest enim latere) aut per se morbum facit, aut mediante continente; & tum tres cause concurrere possunt: sed Continens causa cum morbo incipit, & ut pars essentia morbum continuo fouet: quare à Contentiua sumitur indicatio semper curatiua; à ceteris tantum præseruatiua.

Argentery & Iouber-ti opinio de causa continens.

27. Sunt nonnulli, qui in morbis Continentem causam esse dicunt non debitam proportionem constituentium, siue excessus & defectus componentium. ut in intemperie calida, calor auctus in parte, proportionem quam cum aliis qualitatibus habet, vitiat: Vitiata proportio qualitatuum, excessu caloris partis constitutionem ledit, siue intemperiem calidam introducit: Quare illam vitiatam proportionem, siue excessum caloris, continentem causam intemperiei calida vocant: Nam non tollitur illa intemperies, nisi proportio corrupta à contrario, ad mediocritatem reducatur. Verum eiusmodi proportio vitiata qualitatuum, excessu caloris in parte ab ipsa constitutione siue intemperie calida, proprie non differt, & formalis causa potius est,

28. Pro-



28. *Proprie autem illis morbis tribuitur continens causa, qui causam habent in parte permanentem & fouentem, qua sibi similem in parte non generat, nec se multiplicat, quod plerisque morbis Organicis conuenit, & nonnullis in solutione continui; qui à materia distendente fiunt.*

*Quibus morbis proprie tribuatur causa continens.*

29. *Omnes autem morborum internæ causæ, vel in Continentibus sunt, id est, in ipsis partibus solidis, vel in Contentis; quibus addi poterunt spiritus. Ac primum, ab ortu vitio seminis & materni sanguinis ipsis partibus solidis, causæ morborum hereditariorum innascuntur: unde alij, aliis morbis magis à natura obnoxij & oportuni sunt: ita, qui longo collo, & angusto pectore sunt, pthysi; qui angustas venas habent, obstructionibus; qui sicco & tenui corpore sunt hectica; qui calido & humido corpore, putridis morbis.*

30. *Præterea, figura partis vitiatæ; aut tumor comprimens, meatum aliquem simul offendere solet, atq; ita in parte, morbus fit morbi causa. Verum, contentorum vitia morbi esse nequeunt, sed vel causæ morborum, ut partis alicuius constitutionem ledunt, vel symptomata, quatenus vitiatam constitutionem consequuntur.*

*Qua ratione morbus fiat morbi causa.*

31. *Contenta autem duplicia sunt, alia naturalia, quæ naturaliter ex alimentis gignuntur, omnibusq; insunt, qualia sunt, humores alimentarij, & excrementarij, veluti, chylus, sanguis, pituita, bilis utraq; item feces, urina, semen, lac; His addi poterunt vapores utiles, ac etiam spiritus: Alia non naturalia sunt, quæ præter ordinem nature insunt, ut, pus, calculus, grando, vermis, flatus, fumosi vapores, & similia.*

*Contenta duplicia sunt.*  
1. Naturalia.

11. Non naturalia.

32. *Hæc sua natura noxia sunt, & inter causas insalubres semper numerantur: illa verò natura sua noxia non sunt; sed ubi natura legibus tenentur causæ salubres, ubi à natura modo discedunt, insalubres & morborum effectrices vocantur: Discedunt autem à natura modo vel quantitate sola, vel qualitate sola, vel utraq;.*

*Contenta trifariam à natura modo discedunt.*



Qualitatis vitia.

33. Ac primum qualitatis vitia, sunt vel in primis qualitibus; excessus scilicet caloris vel frigoris, ac similia &c. vel in secundis, ut lentor, crassities, acrimonia, malignitas &c. veluti, si flava bilis in vitellinam aut atram, conuertatur, sanguis aduratur, & ex pituita naturali, salsa efficiatur. His addi poterunt putredo, inquinatio, & corruptio humorum.

Quantitatis vitia.

Vitium spirituum.

34. Deinde, quantitatis vitia in contentis propriè duo sunt, Exuperantia, ubi supra naturæ modum augentur, & penuria, quando infra naturæ modum deficiunt. Spiritibus verò unicum vitium quantitatis ratione accidit, nimirum, penuria. Verum excrementorum immodica excretio, ac consuetarum vel temporariarum euacuationum, ut urine, fecum, hæmorrhoidum, mensium, & similitum suppressiones, quia sensibus manifestæ sunt, evidentibus causis annumerantur; propriè verò, ut excrementa illa in corpore continentur & latent, morbosq; redundantia sua excitant, antecedentes causæ vocantur.

Quid propriè dicatur plethora.

Quid impropriè plethora.

35. Propriè autem & simpliciter solius sanguinis redundantia, deinde, omnium quatuor succorum equaliter se habentium. Plethora dicitur: Impropriè verò, redundantia bilis flauæ, atræ, aut pituitæ, plethora aliquando vocatur, sed cum adiectione tantum, nimirum, plethora biliosa, plethora melancholica, plethora pituitosa. Nam ubi humor alius à sanguine solus redundat, Cacochymia propriè dicitur.

Omnis plethora est duplex.

Prima species plethora.

36. Omnis plethora duplex est, aut quo ad vasa, vasorumq; capacitatem, aut quo ad vires. Plethora autem quo ad vasa est, quando humores tanta copia redundant, ut vasa in tumorem attollant, & distendant. Atq; hæc plethora, si boni sanguinis sit, cum totius corporis rubore & tumore & pulsus magnitudine coniuncta erit, ac corporibus sanis, præcipuè verò iuuenibus bono & liberali victu utentibus, accidit,

37. Ple-



37. Plethora verò quo ad vires, siue quæ viribus confertur, est, ubi ea tantum copia humorum fuerit, quæ vires corporis grauat & premit, & non propriè quæ vasa distendit: quod euenit, ubi virtus aliqua occasione debilis, nequit copiam illam gubernare, vnde à natura relicta, putrescit, & grauem Cacochymiam inducit.

Secunda species plethora.

38. Fit non rarò, vt vasa nimia copia distendantur, & simul vires premantur, & tum coniungitur plethora quæ ad vasa, cum ea, quæ viribus confertur.

39. Cacochymia propriè est omnis vitiosorum humorum redundantia in corpore, siue vitio viscerum, siue alimentorum: Eaq; duplex est: Vna, cum humor alius à sanguine, quantitate modum superat; Altera, quando qualitas humorum vitiat, quantitate conuenienti seruata: illa cum sensu grauitatis coniuncta est, & pulsu inequali, proinde non minus quàm plethora quo ad vires virtutem premit.

Quid propriè sit Caco-chymia.  
Caco-chymia est duplex.  
I. Species.  
II. Species.

40. His modis humorum quantitas & qualitas vitiat. Verum redundantia illa, aliquando in toto corpore omnibusq; vasis continetur, interdum in vna regione vel parte corporis. Regiones autem tres sunt. Prima: complectitur ventriculum, intestina, venas mesaraicas, lienem, & sinam partem iecoris: Secunda. Vasa corporis maiora, à sinâ iecoris, scilicet, venam cauam, & arteriam magnam. Tertia. Venas & arterias minores, in ambitu totius corporis, & meatus partiũ.

Tres sunt in corpore regiones.

41. In singulis regionibus certa alimenti concoctio perficitur, & prior posteriori semper alimentum preparat, vt alibi dictum est. Sed posterior vicissim prioris vitia corrigere nequit, quare in singulis regionibus ac etiam regionis partibus, pro varia partium constitutione, varia etiam excrementa oriuntur; omnium interiorum morborum cause. Nam in prima concoctio, vitio ventriculi aut alimentorum, gignitur cruditas; & corruptio. Deinde in secunda concoctio, ex praua dispo-





dispositione hepatis, & ministrantium, scilicet, lienis & vesiculae fellis, aut vitio chyli, sanguis vitatur: Vnde Cacoehymia biliosa, pituitosa; vel melancholica in vasis maioribus relinquitur.

42. Praeterea in tertia regione, eiusque singulis partibus, varia excrementa coaceruantur, partium plerumque vitio, quae alimentum suum non perfecte concoquunt & assimilant, nec excrementa sua discutiunt & aliena expellunt. Nam coaceruantur in parte materia vitiosa, vel per Congestionem, vel per Fluxionem. Per congestionem, quando in parte gignitur proprio illius partis vitio; scilicet, ob debilitatem virtutis concoctricis & expultricis. Per fluxionem vero; quia aliunde humorem suscipit, siue ab alia parte demandatur, & mittitur, vel partis mittentis ratione, vel recipientis, vel utriusque. Verum de his omnibus alibi latius agemus.

Dupliciter coaceruantur in parte materia vitiosa.  
I. Per congestionem.  
II. Per fluxionem.  
Causarum efficientium alia est Primaria, alia adiuuans, alia sine qua non, dicta.

43. Est praeterea causarum efficientium ut ad effectum concurrunt alia differentia, nimirum, quod alia sit Primaria & principalis, quae propria ratione & per se sola vim agendi habet; Alia adiuuans, quae propria quidem ratione, sed non per se sola agere potest, nisi cum primaria coniungatur. Quaedam causa est sine qua non, quae nec propria ratione, nec per se sola agit, sed ab iis quae agunt seiungi nequit.


FINIS.













99 A 6903

(No. 24  
nicht)

(No. ~~ausgegeben~~)

(25 Handschrift)

(9)

ULB Halle

3

002 636 220



VD17

TA-OL





... in vobis. Insuper. ...  
... facti in vobis. ...  
... adhibere ad se. ...  
... cogit. ...  
... obam. ...  
... quod doler. ...  
... quod pu. ...  
... in. ...  
... Johanne. ...  
... de. ...  
... in. ...  
... et. ...  
... po. ...  
... et. ...  
... in. ...  
... ubi. ...  
... ubi. ...  
... ubi. ...  
... ubi. ...  
... ubi. ...

ert affistit. ...  
O per. ...

quid in. ...  
Panigel. ...







8.  
tionum  
GICARVM  
NDA.  
IS MOR=  
GENERE.

Præside  
OCTISSIMOQ.  
CANO LIDDELIO,  
n almâ Iuliâ Pro-  
blico:

bae  
bris hora 6.  
S GROSS  
fis Siles.



TADII,  
Lucij, An. 1597.